

Et sp. = *Omalocline* Cass. Dict. sc. nat. XLVIII. 422, 431. Secundum el, *Monnier* etiam huc pertinet: *Andryala pontana* Vill. = *Hieracium montanum* Jacq.

7. **PICROSIA** Don in Linn. Trans. XVI. Rostrum achaenio ipso longius. Rhachis ebracteolata. — *Herba simillima Cynthiae virginicae, Americae meridionalis incola.*

*P. longifolia* Don l. c. = *Tragopogon fritillarioides* Linnaea VI. 101.

8. **PINAROPAPPUS** n. g.\*) Rhachis bracteolata. Rostrum achaenio ipso longius. — *Herba Mexicana, erecta, glauca, glaberrima, superne aphylla; foliis inferioribus pinnatifido-dentatis; capitulis roseis, solitariis; involucri imbricati foliolis margine apicali latissime scariosis.*

*P. roseus* \* = *Achyrophorus roseus* Linnaea, V. 134. — Ab *Achyrophoro* differt pappo piliformi, sordido, nec manifeste paleaceo.

*Obs.* Duo exempla hujus tribus in finibus suis laesae exstant, quae alias auctoribus omnium notissimae sunt. Scilicet *Arnica ciliata* Thunb. fl. jap. p. 318! est Cichoracea!! rhachide bracteolata, pappo plumoso uniseriali, cujus achaenia autem observare mihi non licuerat. Videtur esse *Hypochaerideis* affinis. Alterum exemplum est *Sonchus agrestis* Swartz fl. ind. occ. 289! qui nullus alius est nisi *Senecio hieracifolius* L. vel *Erechthites praealta* Raf.

### *Genera minus cognita.*

**AGOSERIS** Raf. in Journ. phys. 1819. (*Troximi* sp. Gaertn., Pursh.)

**ANISODERIS** Cass. Dict. sc. nat. XXI. 442; XXV. 62.

**APOGON** Ell. Sketch of th. botan. of South Carolin. II. 267.

**ASTEROTHRIX** Cass. Dict. sc. nat. XLVIII. 434. — *A. asperrima* Cass. = *Scorzonera asperrima* W. = *Apargia strigosa* Bieb. Proxima esse videtur *Tragopogoni*.

**DELODERIUM** Cass. Dict. sc. nat. XLVIII. p. 430. — *D. taraxacifolium* Cass. l. c. = *Apargia hyoseroides* Sieb. — Nescio quid discrimen inter hoc genus et *Barkhausiam* vel *Crepidem* sit.

\*) E vocabulis *πυραγος*, sordidus, et *παιπος*, pappus, compositus.